



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 50. Daniæ Regni res.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

§. L.

Daniæ Regni res.

Sæcul. XVI
A.C. 1559.

Christiernus, seu Christianus hujus
 Nominis secundus, & tertius
 ambo Daniæ Reges jam ineunte Anno
 post Christum natum millesimo quingen-
 tesimo quinquagesimo nono e vivis ex-
 cesserant, ex his Christianus II. ann. Christi
 millesimo quingentesimo vigesimo tertio
 ob suam immanitatem a suis subditis re-
 gno pulsus in Belgium secessit, ac de-
 cimo post anno Hollandorum ope fretus
 denuo solium suum conscendere tenta-
 bat: verum captus, atque in carcerem
 conjectus ibidem usque ad vigesimam
 quintam Januarii diem anni supra mil-
 lesimum quingentesimi quinquagesimi
 noni detinebatur, ubi etiam annos se-
 ptuaginta octo natus obiit. Huic jam-
 jam anno Salvatoris millesimo quingen-
 tesimo vigesimo tertio subrogatus fuerat,
 ejusdem Patruus Fridericus I. Holsatiæ
 Dux cognomine Pacificus, cum autem
 & ipse anno Incarnationis Dominicæ mil-
 lesimo quingentesimo trigesimo quinto
 mortalitatem exueret, Christiernus, seu
 Christianus III. ejusdem Nepos anno a
 nativitate Christi millesimo quingente-
 simo trigesimo septimo electus, ac mo-
 re Protestantium, quorum sectam ample-
 xus eandem quoque in regnum invexe-

Chytræus
Saxon. l. 9.
§ 13. 14. §
15.
Thuan. l. 6.

Y 4

rat,

Sæcul. XVI. rat, inauguratus fuit; ceterum magna
 A. C. 1559. animi æquitate, ac moderatione regnum
 administrabat, necnon Hafniense Colle-
 gium, atque in eo locupletissimam Bi-
 bliothecam instituit: mire enim assidua
 librorum lectione, ac literatorum con-
 sortio delectabatur. Denique, cum an-
 nos ferme viginti quatuor regnasset, o-
 biit anno salutis reparatæ millesimo quin-
 gentesimo quinquagesimo nono die pri-
 ma januarii, seu viginti quatuor diebus
 ante mortem Christiani II. Patruelis su-
 quem tunc captivum (ut fertur) per-
 humane invisit, cumque ambo pluribus
 familiari colloquio simul contulissent,
 tandem mutuas sibi invicem injurias ple-
 ne condonavere. Eo tempore Christianus
 III. nonnisi quinquagesimum sextum
 ætatis suæ annum agebat, atque ex con-
 juge sua Dorothea Magni Saxonie Ducis
 filia plures filios, præcipue vero Fri-
 dericum II. Regni hæredem relinque-
 bat.

§. LI.

*Dithmarsia a Friderico II. ex-
pugnata.*

*Chytræus &
Thuan l. c.
Spond. hoc
ann. n. 2.* Obtento regni solio Fridericus II. ar-
 ma sua convertit in Dithmarsianam
 Provinciam, quæ Holfatiæ Ducis im-
 perio obnoxia in Slesvicensi Ducatu ad
 Albis oritia sita est, cujus incolas cum circa
 annum